

P R A E F A T I O.

bus exhaurire possunt. Ab his, inquam, impostoribus patibulo dignis caueant Nobiles & Principes viri: nisi aurum potabile facere velint.

Sed ut eò redeamus, vnde digressi sumus, authores viros doctos, & verè Philosophos tibi, amice L E C T O R, nunc proponimus huius artis præcipuos Auctores. Et primo loco Philosophorum Pythagoricæ Synodi sententias, & quasi Aphorismos damus, quibus, si diligenter incubueris, Deumq; omnium bonorū datorem, vt ipsi frequenter monent, rogaueris, non dubito te & naturæ secreta quam plurima consecuturum, & desiderij tui compotem futurum. Synodū hanc **TURBAM PHILOSOPHORVM** vocant, cuius duo exemplaria typis excusimus, propter diuersam & nominum, & sententiarum, & ordinis rationē; vt quisque quod sibi magis arriserit, sequatur. In eam sequuntur Exercitationes, quibus difficultates plurimæ enodantur. Quibus Aurora Consurgens annectitur quæ Philosophorum loquendi modos, ambages, ænigmata & similitudines aperit. Reliqua breuitatis causa præteri-